



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 19.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

QVÆSTIO I.

*Quomodo Christum cum Barabba comparatur
est, & illi posthabitus?*

Christum
postponunt
Barabba.

§.1. **D**Vobis modis Pilatus innocentem liberare nititur, consuetudine diei festi, quâ vinctum donare populo solebat, & comparatione cum Barabba, insigni & notissimo famoso homicidâ, non enim adeo amentes fore arbitrabatur, ut eum, qui tot infirmos sanarat, etiam mortuos excitaret, postponerent seditioni, & homicidâ. Ne vero causari posset, quispian sibi Barabbam ignotum fuisse, idcirco iniquitatem eorû manifestè exponit; nempe fuisse *seditionem, notum*. Notum igitur bonum reiecerunt, notum malum scientes volentes adoptarunt. Itaque cum die festo liberari etiam nocentes solerent, improbi solentitate abutuntur ad damnationem innocentis. Atque hoc est quod in illis præcipuè reprehendit Augustinus. Atque hoc ipsum est, quod toties in clamât, *crucifigatur*, hoc enim Barabbæ supplicium debebatur. Tantum inuidia potuit. Tertio l. Apolog. præclare exponit.

Mysterium tamen illi inscij, quod ante secula Deus statuerat, impleverunt. Nam pro peccatoribus, mortem meritis, in carcere positus, innocens ille & liber mortem subiit, & figitur, ad hoc enim venerat.

§.2. Consuetudinem diei festi Caluinus accusat. [Porro quod in die festo quempiam vnum ex vinctis præses in populi gratiam dimittere solebat, exemplum fuit stultitæ & perperam inductum, non sine a-perta cultus Dei contumelia. Nihil enim minus consentaneum est, quam dies festos scelerum impunitate ornari. Nam idcirco Magistratus ornavit Deus gladio, ut crimina quæ tolerari sine publica pernicietate nequeant, seuerè vindicent. Unde apparet legum & poenarum violatione minimè coli velle. Sed hoc scilicet proficiunt homines, quum à seipsis temerè rationes colendi Dei excogitant (cum nihil tantum sit nisi ex præscripto verbi eius) ut honoris prætextu ipsum sæpè afficiant contumelia. Quare hæc nobis tenenda est sobrietas, ne quid Deo offeramus nisi quod postulat. Adde enim profanis muneribus non delectatur, ut iram eius magis pronocent.]

Respondeo. Augustinum non reprehendere, quod per festa liberae ent nocentem, sed quod occiderent innocentem. Duobus vero argumentis Caluinus vitatur: Primum est, quod mandatum eâ de re non haberent. Alterum quod dies festos scelerum impunitate ornari non oporteat. Bullingerus etiam consuetudinem impiam censet, quod sine misericordiâ Deus iusserit plectere facinorosos. Nihil tamen horum conuincit morem prorsus damnabilem fuisse.

Consuetudo dimit-tendi die festo defenditur.

Quamuis mandatum non habuerunt, potuerunt tamen gratiam facere peccatoribus: neque enim verum est; *impium esse quicquid sine Dei mandato peragitur*. Nec impunitate scelerum dies festus ornatur, cum ex multis facinorosis vnus in anno semel precibus populi liberatur: sed extra ordinem clementia exhibetur. Quod vero arbitrantur facinorosos necessario plectendos rectè sentiunt. Non impedit tamen, quin magnas ob causas aliquando possit magistratus ignoscere, alioqui clementia locum non haberet: quæ de meritâ poenâ, aut partem, aut totum remittit. David Ammoni condonavit incestum, Absoloni fratricidium. Nec Davidem cum facinora perpetrasset Deus iussit occidi. Iephthæ etiam ducem populi constituit. Semet etiam maledico, & Ioabo David ignouit. Nec testamento eius occisi sunt, nisi eum non scelestis cõuicti fuerunt. Qui vero eundem semper legum tenorem seruat, clementiæ locum nullum relinquit. Hæc enim est, quæ mitiores poenas, quam rigor iuris im-

ignoscere
sceleri pot-
est magi-
stratus.

ponit, cum iudicio exigit, vel etiam omnino poenâ remittit. Nectamen clementia iustitiam opprimit. Nam lex communis poenam exigit, & iustitia, non vetat tamen ob certas causas miseri, ignoscere, mitigare. Nullius legis illa est in exigendis poenis atrocitas, ut excludat humanitatem. *Misericordia tan en iudicio exercenda est in publicum clementia, ne si a se iudicio & ratione sceleratis impunitas ostentetur, iniuriis obnoxii reddatur infirmiores, audacia facinororum alatur, atq; ea causa & sp. detrimentum patiat. Tam enim nocet, qui malo infanabili parit, quam qui integræ abscondit.* Non igitur regem indum imitatur princeps sapiens, cuius regnum iudicio & lenitudine latronibus refertum narratur. Theodorus reum Indicarum sic exponit, T. 3. lib. 2. cap. 27. *Bi nagenis rex aquo in maleficos. non est, eosq; castigare vetat. Hinc mira passim toto regno, & effrenis licentia, etiam in regiam maiestatem insoletum.* Miserrat nuper Magnus Mogor ad eum Legatos, simul & equos aliquot præstantissimos, aliq; pretiosissimas; hæc cum à quopiam subd. torum, cum equorum noli. s. s. mo clam per viam essent sublati, nulla ipse in facinus noli. m. poenâ animaduertit, equum dumtaxat reddi iussim legato dedit.

Supremo ergo magistratui fas est, ratione delicti, personæ, temporis, poenam remittere. Quæ nulla vquam vilius gentis barbaries negauit. Coguntur tamen id negare omnes Calviniani, qui Deum suâ libertate priuant, docentque illum necessario peccata punire, sicut necessario odit, ideo nec magistratui clementiam permittunt.

VERSUS 19.

Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum uxor eius, dicens: Nihil tibi est iusto illi, Multa enim passa sum hodie, per visum propter eum.

QVÆSTIO I.

Vnde somnium uxoris Pilati?

§.1. **P**ilato sedente pro tribunali uxor nunciat, ne illi quicquam negotij sit cum iusto illo, quod multa per visum passa sit propter illum. Somnium feminae fuit, nec de illis tamen, de quibus dicitur, *Anus quæ vult somniat*. Per visum, inquit, *et ag. per somnium*. Syrus *בדלתי* in somno meo. Somnium igitur tale fuit, ut non naturale videretur tantum, sed præter naturam aliquid significaret. Hebraei vocant *חלום* Chalom, cum visum dormienti obijciunt. Triplicia somnia Greg. 18. Mor. & 1.4. Dialog. c. 48. constituit. Diuina, naturalia, dæmoniaca. Naturalia sunt, velâ præcedente cogitatione intentâ & crebrâ, inherent enim animo species, & facili motu recurrit mentis agitatio per quietem, quæ interdum fuerat, ut Greg. Nyss. de hominis opificio docet; quemadmodum si des cessante pulsu digitorum adhuc crispantur, acresonant. ita Attius:

Res quæ in vitâ vrsup. int homines, cogitant, curant, vident, Quas, agunt, vigilantes, agunt, ea si cui in somno accidant, minus mirum est. (dant.)

Ex eâ causâ potuit esse somnium uxoris Pilati. Nam Scipio petros esse milites, & iam profectos ad Dominum somni capendum cognoscere potuit. Imo non est dubitandum, quin ad Pilatum noctu relatum fuerit, iam co. res. prum esse, cohorte ad prætorium redeunte. Mulier igitur illa ignorare non potuit, cum videamus illam etiam

etiam per inter-nuncios intellexisse, quid ad tribunal
e-ge-ret. Christum etiam Prophetam esse, & ope-
ra mirabilia patrato-rem mulie-bri fa-gacitate in-
au-diat. Ex his igitur ves-per-tinis, nocturnisq; cogi-
ta-tionibus ma-tu-rum som-nu-m, in-quitari, atq; in-
fi-sti-tu naturale fuit. Po-ue-runt con-curre-re alia cau-
sa-ten-er-nae natu-rales, hu-mo-ru-m in-tem-peries, aeris
con-si-tu-tio. De his Hippocr. libro de in-som-niis. Ga-
lenus, aliq; & nos-ter Del-rio comment. in Oc-tauium
Se-ne-cae. Per-erius in Gen. 3. de ob-ser-va-tionib. som-
ni-um.

31. Porro si naturalē esse illam somniorum
 molestiam eximio: non tamē dubito, aliunde etiā im-
 miffam, vel à Deo, vel à dæmone. Ratio me mouet,
 quod mulier sine dubio crebrius somnare solita,
 namque quali renouā, & inuiscerā percussa, maritum pro-
 tubernali monet: quod non temerariē, nec leui cau-
 situra fuisse videtur: & si illa fecisset: non tamen id
 angelus ita tanquam obseruatione dignum retulif-
 set, nisi minus aliquid, & superioris potestatis indicium
 fuisset, nisi quod singulatim dicit: *πρὸς αὐτὴν*
ἐν ὅτῳ τῷ ὄντι, quod est somniorum præcipue aliun-
 de immifforum. Nam cum patiore immittuntur. Sic
 Danieli 2. Nabuchodonosorem conturbabant vi-
 siones capitis sui. Tale somnium Pharaonis. Chryso-
 stomus etiam immiffum non autem naturale censet.
ἡ δὲ ἡσυχία τῶν πραγμάτων ἀποδείκνυται, ὡς τὸ ἴδιον
ἀπομαρτυρεῖ. ὡς τὸ ἐνεκεν ἐκ αἰσῶν ὁρᾷ, ὅτι σκοπεῖ
τὸ αἶμα ἡ γυναικὸν. ὅτι ἐκ αἰσῶν ὁρᾷ, ἐκ αὐτῆς ἐκτενέως
ἡ οὐκ ἐκ ἐπιφανείας. Διὰ τὸ οὐκ οἰκονομεῖται τὴν γυναικὰ
καὶ ἡμῶν, ἀπὸ τῆς δόξης τῶν γυναικῶν πᾶσι, ὡς ἐκ ἀπλῶν ὁρᾷ,
ἀλλὰ ἐκ πολλῶν. ἵνα ὡς διὰ τὸ συμπάθειας τῆς
πρὸς τὴν γυναικὰ οὐκ ἡρότερον *γένηται αἰνῶν αἰῶν τῶν*
αἰώνων. Præterea iterum experientiam, & argumen-
 torum claritatem, non parua res somnium accessit.
 Cur autem ipse Pilatus somnium non vidit? Aut quia
 mulier dignior erat, aut quia si Præfex somnium hoc
 se vidisse dixisset, non ita sibi creditum fuisset, aut
 quia non edixisset, sed secum ipse tenuisset. Idcirco
 igitur ex dispensatione mulier vidit, vt omnibus no-
 tum heret, nec solum videt, verum etiā multa pati-
 tur, vt maritus vxori condolendo tardior ad cadem
 redderetur.

§.3. An vero a Deo, an à dæmone immiffum fuerit fomnium, vetus eft difputatio. Ignatius ad Polycarpum diaboli operâ effe, et fomnium, vt moriè Chrifto impediret, & redemptiõnem moraretur. Fieri quidem potuit, vt in fomnio illo diabolus aliquid moliretur, non tamen veteres dubitant, oraculum fuffe diuinum. Ambr. l. 10. in Luc. Aug. fer. 112. de tempore. Orig. Theoph. Euchar. aliq. Nec enim eft credibile dæmonè fibi repugnaffe, vt per fœminam moriè Domini eximeret, cum facerdotes, & populu in rapiem ageret, vt necè effe virgeret obftinatifimè. Hoc igitur fomnium à Chrifto Domini innocentè illuftrandæ vxo-
ri præfidis immiffum eft vt clarè appareret, Chriftum tot modis innocentem declarari, antequam iuxta iudicaretur. Monetur & Pilatus, ne voces hoftiu audiat, idq; cum iam pro tribunali federet, Strus fe *βίμω* appellat *βίμω* bim, omiffa vltima literâ. Illo pro igitur momẽto admonetur, vt fe iuftitiæ anticipe, & in iuris facrosẽto folio refidens, non

Ne oblat mulier infidelitas. Sapē enim in fide-
libus, & flagitijs nonnulla Deus reuelat. Non loquor
de demonij artificio, qui miseris de mentibus, sed
de ueris, & futura significatibz somnijs. Nabuchodo-
nosus, Balaam, Pharaō diuina habuerūt somnia, pri-
us deos impios idololatrias fuisse in conf. f. 2. et de 3.
dubium est Tale artium somnium fortē fuit, vi Delu-
noster. l. 4. c. 3. q. 6. de disq. ceniet, quod Alexander M.

occurrit, apud Dio. Sicul. l. 17. c. 2. de sanis. restituenda
 Ptolomæo, & herbâ medicâ. Aliud Alexandro som-
 nium diuini fuisse nemo dubitat, de quo Ioseph. l.
 11. ant. c. 8. scribit. [Iudæis autem omnib. vno ore A-
 lexandrum consulantibus, & in orbem cingētib. 66
 Syriæ reges & reliqui obstupuerunt, vix credētes Re- 66
 gem mentis compotem: solus Parmenio propius ac- 66
 cedēs rogauit familiariter, quid ita cum ipse adorare- 66
 tur ab omnibus, nunc adoraret Iudæorū Pontificē. At 66
 ille non hunc se adorasse respōdit, sed Deo, cuius Pō- 66
 tifices esset, honorē eum exhibuisse. hunc enim, inquit, 66
 vidi & ante hæc opio habitu, cum adhuc essē in Dio 66
 Macedonia, qui me deliberantem, quomodo Asiam 66
 possem subigere, hortatus est forti esse animo, & sine 66
 mora exercitum traicere. nam suo ductu pollicurum 66
 me Persarū imperio. Quapropter quia nunc primum 66
 talem habitum vidi, agnoscent hunc & visionis me- 66
 mor, quæ me ad hanc expeditionē impulit, puto me 66
 non sine numine in Darium exercitū ducere, & breui 66
 fore victoriæ compotem: & sublaro Persarum impē- 66
 ro, celsura mihi omnia ex sententia.]

Nihil igitur impedit, quo minus a Deo verū som-
nium acceperit vxor Pilati, & oraculo testata sit Chri-
sti innocentiam. Hoc n. ad Christi maiestatem pertine-
t, & Iudeorum redargutionē. Si n. somnia dæmo-
niaca fuissent, qualia erant in templo Serapidis, aut vt
Aristoph. in Pluto, in templo Apollinis. Vel alio loco
vt habet Eunapius de Eclio. Virg. Æn. 7 de rege La-
tino. Philostrat. in vitâ Apollonii. Caterique gentes in
suis φαντασμοις: si inquam dæmonis hoc fuit testi-
monium de iustitiâ saluatoris, nec apud Pilatum, nec
Iudeos, nec Christianos quidem magni momenti ef-
fere potuit: & vt dixi Christi maiestate indignum, vt eo
taceret, vel arce testimonium innocentie suæ procu-
raret, vel admitteret: quo etiam rei, qui crimine admi-
serunt, magis infamarentur, quam leuarentur.

VERSUS 24. & 25.

*Videns a. Pilatus, quia nihil profice-
ret, sed magis tumultus fieret: acce-
pta aqua lauit manus coram popu-
lo, dicens: innocēs ego sum à sangui-
ne iusti huius: vos videritis. Et re-
spondens uniuersus populus, dixit:
sanguis eius super nos et super filios
nostros.*

QVÆSTIO I.

Quomodo Pilatus tandem Christum damnarit?

Pilatus cum tumultu vigeretur, in populi as-
pectu multo laudati et innocentem se profiteretur à
sanguine iusti huius, quasi vxoris monitis obtemperans
nihil tibi & iusto illi fore indicaret. Innocentē מִן הַדָּם Pilatus me-
mechassi proclama:, quod non suā sponte, sed aliena-
im portunitate ad sceleratam ferendam sententiā im-
pellatur. Cedit igitur iudex, & p̄ses populi clamo-
ribus, παραδωκεῖς αὐτὸν ὡς ἐπιβουλήν molit & minime virili ani-
mo, vimonet Chrysostom. Nec enim lauandi cari-
monia excusat, quamuis enim trepidè, & quasi coac-
tus ad impiam pronunciamdam de iusto sententiā im-
pediret, celus facit tamen. Innocens ego sum, vos δὲ ἑσθ' εἰς,
uidebitis, Syriacè נֶחְמָסִי noveritis. At premit illos pro-
prium crimen, lequiturq; vindicta à Deo immissa,
non tamen Pilatus suum in illos crimen, penamq;
deuolvit. Nam argumenta examinare debuit, reo ta-
centi defensorem apponere, ex lege Tyberij reces latā
sententiā executione, imò ipsām sententiā differte.